SERENISSIMO REGIÆ STIRPIS PRINCIPI

ARMANDO
BORBONIO

PRINCIPI DE CONTY,

PARI FRANCIÆ OCCITANIÆ PROREGI.

HACTENVS *tuis*, PRINCEPS SERENISSIME, *auſpiciis & exemplis, non meis viribus & Argumentis, pro lege moribuſque, fœliciter primâ & alterâ Manuductionis ad Theologiam Moralem parte pugnaui: nunc tertiâ ad Dogmaticam, magis arduum & periculoſius cum Aduerſariis eruditionis famâ, & gradu eminentibus, ineo certamen, detrectandum & timendum, me etiam validioribus; quodque tentaſſe in perniciem & æternum dedecus foret, niſi eò me cogeret, non tam Familiæ noſtræ dogmatum*